

Probat livello B2

Certificazione linguistica di latino – 4 maggio 2021

Ti viene riproposto, in versione integrale, il testo del livello B1. Rileggi attentamente il brano nel suo complesso e traduci le parti sottolineate, trascrivendo la traduzione nelle righe che trovi dopo il testo.

Si quando urbs nostra liberalibus studiis floruit, nunc maxime floret. Multa claraque exempla sunt; sufficeret unum, Euphrates philosophus. Hunc ego in Syria, cum adolescentulus militarem, penitus et domi inspexi, amarique ab eo laboravi, etsi non erat laborandum. Est enim obvius et expositus, plenusque humanitate quam praecipit. Atque utinam sic ipse quam spem tunc ille de me concepit impleverim, ut ille multum virtutibus suis addidit!

Aut ego nunc illas magis miror quia magis intellego.

Quamquam ne nunc quidem satis intellego; ut enim de
pictore scalptore fictore nisi artifex iudicare, ita nisi sapiens
non potest perspicere sapientem. Quantum tamen mihi
cernere datur, multa in Euphrate sic eminent et elucent, ut
mediocriter quoque doctos advertant et afficiant. Disputat
subtiliter graviter ornate, frequenter etiam Platoniam illam
sublimitatem et latitudinem effingit. Sermo est copiosus et
varius, dulcis in primis, et qui repugnantes quoque ducat
impellat. Ad hoc proceritas corporis, decora facies,
demissus capillus, ingens et cana barba; quae licet fortuita
et inania putentur, illi tamen plurimum venerationis
acquirunt. Nullus horror in cultu, nulla tristitia, multum
severitatis; reverearis occursum, non reformides. Vitae
sanctitas summa; comitas par: insectatur vitia non
homines, nec castigat errantes sed emendat. Sequaris
monentem attentus et pendens, et persuaderi tibi etiam

*cum persuaserit cupias. Iam vero liberi tres, duo mares,
quos diligentissime instituit. Socer Pompeius Iulianus, cum
cetera vita tum vel hoc uno magnus et clarus, quod ipse
provinciae princeps inter altissimas condiciones generum
non honoribus principem, sed sapientia elegit.*

GRIGLIA DI VALUTAZIONE DELLA TRADUZIONE

COMPETENZE LINGUISTICHE	PUNTI	PUNTEGGI O ASSEGNATO
Individuazione delle strutture morfosintattiche	Max. 2	
Mancata individuazione di numerose strutture morfo-sintattiche, anche elementari .	0	
Mancata individuazione delle strutture morfo-sintattiche complesse , tale da compromettere la completa comprensione del testo.	1	
Individuazione corretta delle fondamentali strutture morfosintattiche.	1,5	
Individuazione corretta e puntuale delle strutture morfo-sintattiche.	2/ 2
COMPETENZE LESSICALI		
Comprensione e uso del lessico	Max. 2	
Gravi ed estesi travisamenti lessicali.	0	
Presenza di alcune improprietà lessicali, ma non tanto gravi da compromettere la comprensione del testo.	1-1,5	
Scelte lessicali corrette e adatte al contesto del brano.	2 / 2
COMPETENZE TESTUALI		
Comprensione del significato globale e puntuale del testo	Max. 3	
Testo non compreso nella maggior parte dei suoi aspetti, con presenza di vaste lacune e gravi travisamenti.	0	
Comprensione del significato globale, con qualche errore di decodificazione di alcune parti del testo.	1-1,5	
Comprensione del testo in modo generalmente precisa , pur con qualche errore isolato .	2-2,5	
Comprensione corretta e puntuale , attenta anche ai dettagli.	3 / 3
Resa nella lingua d'arrivo	Max. 3	
Resa scorretta e incoerente .	0	
Resa fondamentalmente corretta , anche se la forma non è sempre scorrevole.	1-1,5	
Resa corretta e coerente nel codice della lingua d'arrivo	2-2,5	
Resa precisa e accurata che evidenzia le sfumature di contenuto e di forma.	3 / 3
TOTALE PUNTI	/10

Raggiungimento livello B2: 75%

Punteggio minimo per raggiungimento livello B2: 7,5/10